

antem sacra illa monumenta per vicos civitatis solemniter ritu, eodem anno, Dominica in vigesimam octavam diem Maji recurrente, in supplicationem educta sunt, quæ quidem antehac nulla, aut ad plausum festivior, aut ad splendorem illustrior, aut augustior ad pompam Venetiis fuit conspecta. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Pegmate igitur in formam pyramidis erecto, quod altatici panni alicui splendissimè collucebat, quatuor circumquaque gradibus industriae assurgentibus, compositis super aurcis et argenteis loculamentis, in quibus hæc beatissimæ Virginis reliquæ collocatæ fuerunt. Primas obtinebat hac Virgineum; deinde rogæ ejus, palli vel cinguli, palmæ, sepulchri particula constituta, inter quas sibi etiam sedem vindicabant fragmenta loci, tum illius, in quo mysterium Annuntiationis completum fuit, tum illius, quem utero virgineo egressus Redemptor mundi primo suo beavit aspectu. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quædam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venier, qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Cypriani Episcopi et Martyris.

De Nativitate Christi.

Angelica sanè non est credenda ibi ministeria defuisse, nec recesserat à venerabili pectore Matris Spiritus Sanctus, ad verbum Gabrielis elapsus. Possidebat domum suam, et templum, quod sibi consecraverat, adornabat: servabat sacrarium suum, et sanctimoniam thalamum honorabat. (Lect. 8.) Lætificabant

consolationes hujusmodi animam benedictam, et tanti habitatoris reverentiâ concupiscentiarum Indubria abigebant: legem mentis lex carnis non infestabat, rebellio nulla quietem spiritus affligebat. Tu.

Bened. Cujus Reliquias.

LECTIO 8.

Parvulus sugens ubera purâ alimonîa utebatur, et fons sacri pectoris defecatum edulium ori mundissimo infundebat. (Lect. 9.) Sed et cor Matris quædam dulcedines, quæ humanum superant intellectum, imbuebant: eratque ultrinque mira jucunditas, cum pia sanctæ Matris et devota humilitas, et Sancti Sanctorum immensa benignitas confederatis affectibus mergerentur. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Comm. Nostræ Domine Ardentium.

Balingh. Kal. mar. p. 298.

Atrebatî Festum nostræ Domine Ardentium, quod inchoatur ipso profestio venerabilis Sacramenti, et Dominica infra ejusdem octavam solemne admodum est, sacro cereo subter angustum conopeum ad summam Eadem Virginis, committantibus primoribus urbis, delato, ac fusâ ibi prece, snum in locum pari pompâ relato. Fuit autem hic sacer cereus anno millesimo ducentesimo nonagesimo quinto à Virgine Matre duobus Historicis Ibero, et Normanno traditus ad curandos eos, qui igne sacro incensi erant, epolâ aquâ, in quam ex illo guttæ aliquot stillaverant. Atque ipso statim dati pignoris initio centum quadraginta quatuor ab isto igne sacro statim sanati sunt. Gandel tamèn isto privilegio cereus iste sacer, ut quantumlibet accendatur, nunquam minuitur. Tu. Te Matrem.

Cum secundis Vesper.

D. V. MESSAN. AB ALTO.

Simplex.

LECTIO 1.

Octav. Cujet. de Effig. siculis.

Messanæ in Sicilia in colle caperina dicto ædificata erat, in qua duo religiosi viri vitam austeram degabant. Horum alteri, qui Nicolaus appellabatur, Diva Virgo per quietem visa præcepit, ut primâ luce Messanensem Magistratum adiret, suoque nomine diceret, ut eo in loco templum sibi ædificaret sub titulo Sanctæ MARIE ab Alto. Sed expectrectus Nicolaus, nullâ illis fide habitâ, ad Magistratum ire neglexit, quare sequenti nocte sub iratu vultu ei apparuit, increpuitque, et dedit ei signum hoc, ut à Magistratibus crederetur: Sub meridiem nitidissimam columbam è celo devolaturam, quæ tantum spati volatu suo circumscribet, quantum templi amplitudinem volo. Tu. ꝑ.

LECTIO 2.

Nicolaus igitur, ut illuxit, ad juratos Patres accurrît, et visionem illis enarrat, quæ propter Magistratus ad montem conditâ horâ descendunt cum ingenti populo: et ecce meridiano tempore, delapsa columba aræ Virginis templum describit, et iterum transvolat in sublime. Mox apertis fundamentis, Regina Constantia cum regio committat, cunctis propriis manibus ad Regicæ exemplum lapides comportantibus, Capperinæ Montem ascendit primumque ipsamet, quem tulerat, in fundamenta lapidem jecit: subindè reliqua hominum ac mulierum multitudo sua quisque saxa coniecit, tantusque fuit omnium ardor, ut brevi tempore confectum est. Extat hæc historia in eodem templo in tabellâ descripta

à Malthæo Rubino Messanensi Notario regio. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.

Commemoratio B. V. Nicopæia: Gumpenb. Imag. 29.

Nicopæiam, id est, victoriosam Virginis Deiparæ Imaginem, Divi Lucæ opus, jam dudum in Palatii Constantinopolitani sacrario servarunt Imperatores Orientis, ne multo à corde suo abesset thesaurus. Nunquam illi sine hæc in hostes ibant, certi semper indubitata victoria. Ea propter adjutricem in victoria, belli sociam appellarunt. Fuit Oriente Diva Nicopæia pluribus sæculis, dum denique ad Occidentem Dandalus Venetorum Princeps eam, deduxit. Venetiæ urbs obviam tantæ Patronæ effusa, mare implevit navigiis, et post mille triumphales latitias ducei Sacello illata est. Sed erecto demum magnifico altari, ut publico bene esset, in Divi Marci templo est reposita, ubi ingentibus beneficiis maxime claret. Tu. Te Matrem.

Vesperæ de sequenti.

FESTA JUNII.

DIE I.

SPECIOSITATIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Majestatem tuam, Omnipotens Deus, supplices deprecamur, ut qui, exultantibus animis, beatissimæ semperque Virginis MARIE Speciositatem celebrare gaudemus, ejus gloriosis precibus et meritis ab instantibus malis, et à morte perpetuâ liberemur. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Ex verbis V. Viri Idiote in Contemplatione Beatæ Virginis. c. 3.

LECTIO 4.

Speciositas tua Beatissima Virgo MARIA designatur per septuplicem speciem, quæ in sacra Scripturâ invenitur. Est namque species olivæ, de quâ legitur: quasi oliva speciosa in campis. Est species columba: de quâ canitur: vidi Speciosam sicut columbam. Est species cæli, de quâ legitur: species cæli cum visione gloria. Est species ignis in nocte, de quâ scribitur: operiebat tabernaculum, quasi species ignis. Est species arcus de quâ scribitur: vidi arcum, valdè speciosus est. Est etiã species solis de quâ legitur: est enim speciosior sole. Tu.

¶ Vidi Speciosam sicut columbam ascendente desuper rivus aquarum: Cujus inestimabilis odor erat nimis in vestimentis ejus, alleluia, alleluia. ¶ Et sicut dies verri circumdabant eam flores rarum, et lilia cavallium. ¶ Cujus.

LECTIO 3.

Species olivæ consistit inter cætera in viroris amantitate. Sic tua species, ô Beatissima Virgo MARIA, consistit inter alia in fidei sinceritate. Species columbæ consistit in simplicitate, pulchritudine oculorum, colorum mutatione et varietate circa collum. Sic, ô Beatissima Virgo MARIA, species tua consistit in humilitate, in pulchritudine sanctorum cogitatum, et doctrinæ varietate, quæ in collo intelligitur, quia doctrix foistis doctorum, et Magistra apostolorum. Species Libani consistit in continuâ virgultorum fecunditate, et delectabilium florum candore, et significat candorem tuam fecundæ Virginitatis. Species cæli est in visione gloria, et significat in te contemplationis sublimitatem. Tu.

¶ Speciosa facta es, et suavis in deliciis tuis. * Sancta Dei genitrix, allel. allel. ¶ Quasi oliva speciosa in campis, et quasi platanus exaltata juxta aquam in plateis. — Sancta.

LECTIO 6.

Speciositas ignis consistit in ardore et splendore. In te autem, ô Beatissima Virgo MARIA fuit ignis charitatis ardens, et splendor ante Deum, et nos miseros peccatores protegens. Arcus celestis fit ex radiis solis in humidâ nube, et significat Incarnationem Filii tui superbenedicti in te. Species solis consistit in splendentium radiorum emissionem, et significat in te, advocata nostra Virgo MARIA, largam gratiarum effusionem in omnes, qui se convertuntur ad te, quæ es sole speciosior, et emissionem gratiarum fecundior. Tu.

¶ Ave MARIA, speciosior sole, speciosior igne: Decor Carmeli et Saron, allel. allel. ¶ Ista est speciosissima inter filias Jerusalem. — Decor. — Gloria. — Decor.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 26.

In illo tempore: Missus est Angelus Gabriel à Deo in civitatem Galilee cui Nomen Nazareth, ad Virginem desponsatam viro, cui nomen erat JOSEPH. Et reliqua.

Homilia S. Hesichii Presb. Jerosolymitani.

Orat. 2. in SS. Deipar.

Jure proculdubio omnis grati animi lingua salutat Virginem et Deiparam, ac pro viribus Gabrielem Angelorum Principem imitatur. Inque hic quidem dicit ei: Ave: ille verò exclamavit: Dominus ex te, eò quod Dominus editus assumptâ carne apparuerit humano generi.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Legionensis de Regulâ.

Gump. Imag. 31.

Matua Beate Virginis de Regulâ, quam pietas Hispanorum, Mauris Hispaniam vastantibus, eorum furori subduxit, subsque terrâ abscondidit, inventa fuit anno millesimo trecentesimo trigesimo tertio, à quodam Canonico Regulari Cathedralis Legionensis, ipsâ Deciparâ eidem locum indicante. Admolo similiter cespite, reperita fuit Sanctissimâ Imagi, cui sine morâ structum fuit templum et juxta templum ænobium pro Canonice regularibus, qui sacrum celebrarent: Denique locus omnis cessit cum sacra Statuâ Sancti Augustini Eremitis. Hanc Imaginem Deiparæ Hispani pietate suâ itâ piam fecerunt, ut hodie inter maximè prodigiosas totius regni, totiusque orbis Christiani haberi possit. Tu. Te Matr.

CANON.

EX D. Thomâ Aquinate.

Serm. de Ann. ap. Camôs l. 3. c. 5.

313. Beata Virgo est speciosa, gratiosa, gloriosa. Speciosa propter candorem Virginitatis, ruborem charitatis, rectitudinem sanctitatis et benignitatem humilitatis; propter flores desiderabilium morum, propter pulcherrima folia dulcium verborum. Tu.

Cum II. Vesp.

DIE III. JUN.

SEPT. VERBORUM B. M. V.

Duplex majus.

In I. Vesp. Capit. et orat. de Laud.

AD MATUTINUM.

IN I. NOCT.

De Epistolâ Catholica Beati Jacobi Apostoli.

Iste cognominat eam matrem lucis: ille stellam vitæ: alius Dei thronum appellat: alius templum majus cælo: alius cathedram non inferiorem cathedrâ chernibicâ. Tu.

¶ Vide arcum et benedic eum qui fecit illum: * Valdè speciosus est in splendore suo. ¶ Ego quasi arcus refulgens inter nebulas gloriæ. — Valdè.

Bened. Cujus Speciositatera.

LECTIO 8.

Alius item hortum nonseminatum, fertilem, in cultum, vitem uvarum feracem, valdè florentem, intactam, turturam mundam, columbam impollutam, nubem pluvias incorruptas continentem, speciem ejus gemma sole splendidior, fodinam, undè prodit lapis totam terram tegens, à nullo incisus: navem mercibus referatam, nulloque egentem gubernatore, thæsaurum locuplantantem. Tu.

¶ Pulchritudo ejus species cæli in visione gloriæ, sol in aspectu. * Species cæli, gloria stellarum allel. allel. ¶ Amica mea, columba mea, speciosa mea. — Species. Gloria. Species.

LECTIO 9. Sitransferatur.

Alii similiter lucernam oris expertam, quæ à se ipsâ jugiter ardeat: arcem arci Noe latiore, longiore, illustriorem: illa erat animalium arca, hæc autem arca vitæ: illa corruptibilium animantium, ista verò vitæ incorruptibilis: illa ipsum Noe, hæc verò ipsius Noe factorem portavit: illa duas et tres configurationes et mansiones habebat, hæc autem universum Trinitatis complementum: quando quidem et Spiritus Sanctus adveniebat, et hospitabatur, et Pater obumbrabat, et Filius utero gestatus inhabitabat. Tu.

LECTIO 1. c. 1. 19.
Scitis fratres mei dilectissimi, sit autem omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum, et tardus ad iram. Ira enim viri justitiam Dei non operatur. Si quis autem putat se religiosum esse non refræntans linguam suam, sed seducens cor suum, hujus vanam est religio. Tu. ꝑ.

LECTIO 2. c. 3. 2.
Si quis in verbo non offendit, hic perfectus est vir. Potest etiam fræno circumducere totum corpus. Linguam autem nullus hominum domare potest: inquietum malum, plena veneno mortifero. In ipsa benedicimus Deum et Patrem: et in ipsa maledicimus homines, qui ad similitudinem Dei facti sunt. Tu. ꝑ.

LECTIO 3.
Ex ipso ore procedit benedictio et maledictio. Non oportet, fratres mei, hæc ita fieri. Nunquid fons de eodem foramine emanat dulcem et amarum aquam? Nunquid potest, fratres mei, ficus uvas facere, aut vitis ficus? Sic neque salsa dulcem potest facere aquam. Quis sapiens et disciplinatus inter vos? Ostendat ex bonâ conversatione operationem suam in mansuetudine sapientie. Tu. ꝑ.

IN II. NOCT.

Ex verbis S. Bonaventuræ Ep. in Speculo B. Virginis. c. 6.

LECTIO 4.

Invenimus in Evangelio septem mellifluis sententias, de mellifluis MARIE labiis distillantes, et mellifluam labiorum ejus gratiam optimè indicantes, juxta illud canticorum: Favus distillans labia tua. Septem mellis stillæ sunt septem verba dulcissima MARIE, quæ ad Angelum, ad hominem et ad Deum

legitur habuisse. Duo ad Angelum, duo ad hominem et tria ad Deum. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Ad Angelum MARIA habuit verbum castitatis, et verbum humilitatis. Verbum castitatis, quando Angelo respondens dixit: Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? Verbum autem humilitatis, quando Angelo humiliter respondens dixit: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Item ad hominem habuit verbum charitatis, et verbum veritatis. Verbum charitatis, quando matrem Præcursoris tam affectuosè salutavit, quod etiam infans in utero ejus exultavit. Verbum veritatis, quando deficiente vino ministro dixit: quodcumque dixerit vobis, facite. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Habuit autem MARIA ad Deum verbum gratulativum, querulativum, et compassivum. Verbum gratulationis MARIA ad Deum habuit in labiis, quando pro eo quod Deus humilitatem suam respexit, dixit: Magnificat anima mea Dominum. Verbum querulationis, quando filio, per triduum amisso, dixit: Fili, quid fecisti nobis sic: Pater tuus et ego dolentes querebamus te. Verbum compassionis, quando in nuptiis filio dixit: Vinum non habent. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio Sancti Evangelii secundum Matthæum.

LECTIO 7. c. 12. 34.

In illo tempore: Dixit JESUS Pharisæis: ex abundantia cordis os loquitur. Et reliqua.

Homilia S. Bernardini Senensis.

De sept. Verb. B. V. M.

Quis inter puros homines melior

homo potest excogitari, quam illa quæ meruit effici Mater Dei, quæ novem mensibus in corde et in utero suo Deum hospitata est? Quis thesaurus melior, quam ipse divinus amor, quo fornacem cor Virginis ardens erat? De hoc igitur corde, quasi de fornace divini ardoris Virgo beata protulit verba bona, id est, ardentissimæ charitatis. Tu. ꝑ.

Bened. 8. Cujus Verba.

LECTIO 8.

Septem verba tantum miræ sententia, et virtutis à Christi benedictissimâ Matre leguntur dicta, ut mysticè ostendatur ipsam fuisse plenam gratiâ septiformi. Cum Angelo bis tantum locuta est. Quomodo fiet istud, quoniam virum non cognosco? et, ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Cum Elizabeth bis etiam, scilicet primò illam salutando, secundò laudando, cum ait: Magnificat anima mea Dominum. Cum Filio etiam bis: semel in templo: Fili, quid fecisti vobis sic: secundò in nuptiis. Cum ministris semel: quodcumque dixerit vobis, facite. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Et in his omnibus semper valde parum locuta est, excepto, quod in laudem Dei, et gratiarum actionem se amplius dilatavit, scilicet, cum ait: Magnificat anima mea Dominum: ubi non cum homine, sed cum Deo locuta fuit. Hæc septem verba secundum septem amoris processus et actus sub miro gradu et ordine sunt prolata, quasi sint septem flammæ fornacis cordis ejus. Distingamus igitur per ordinem has septem flammæ amoris verborum Virginis benedictæ: Prima est flamma amoris separantis: secunda amoris transformantis: tertia amoris communicantis: quarta

amoris jubilantis: quinta amoris separantis: sexta amoris compatientis: septima amoris consummantis. Tu. Te Matrem.

AD LAUDES et AD PRIMAM.

CAPITULUM. Prov. 12. 14.

De fructu ris sui nunquisque replebitur bonis: et juxta opera manuum suarum retribuetur.

ꝑ. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, alleluia.

ꝑ. Super mel ori meo, alleluia. Ad Benedict. ant. Ex abundantia cordis loquitur os: bonus enim homo proferet de thesauro cordis sui bona, alleluia, alleluia.

Oratio.

Præsta, quasumus, Omnipotens Deus, ut qui septem melliflua verba Sanctissimæ Matris tuæ veneramus, nunquam peccemus in verbo, sed in omnibus, ipsâ intercedente, placeamus. Qui vivis.

Cap. ad Prim. de Laudib.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episcopo.

Spec. B. V. Lect. 6.

314. Considerate, carissimi, in MARIA gratiam labiorum, de quâ in Psalmo dicitur: Diffusa est gratia in labiis tuis. Tanta siquidem fuit gratia labiorum in MARIA, ut ipsa optimè per Judith signari possit, de quâ dicitur: Non est mulier talis super terram in aspectu, in pulchritudine et in sensu verborum. Tu.

AD TERTIAM.

CAPITULUM. Eccl. 26. 18.

Mulier sensata et tacita non est immutata eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta et pudorata.

AD SEXTAM.

CAPITULUM. Eph. 4. 29.

Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad

746
adificationem fidei, ut dei gratiam
audientibus.

AD NONAM.

CAPITULUM. *Colos. 1. 6.*
Sermo vester semper in gratia sa-
le sit conditus, ut sciatis, quomodo
oportet vos unicuique respondere.
*In 2. Vesper. Cap. et Orat. de
Laudibus.*

DIE V. JUNI.

PERFECTIONIS B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Bonitatem tuam, quæsumus, Do-
mine, suppliciter deprecamur, ut
qui Perfectionem Sanctissimæ Ge-
nitricis tuæ devotè recolimus, ab
omnibus mentis et corporis pericu-
lis eruanur. Qui vivis.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardini Senensis.
Tom. 1. Ser. 61. c. 9.

LECTIO 4.

Tanta est Beatae MARLE perfectio,
ut ipsa sit consummatio et perfectio
totius creaturæ. Omnes enim natu-
ras, et mundi perfectiones ultimâ
suâ perfectione Virgo complexit.
Deus quidem licet in mundi crea-
tione nihil produxerit imperfec-
tum; sed omnia perfecta sicut
eorum exiebat natura, tamen ul-
timæ perfectionis consummatio usque
ad partum Virginis dilatata est, et
soli Virginis reservata. Omnia nam-
que entia unum ens nobilissimum
appetebant: vivencia unum nobil-
issimum sentiens: conceptiones
unum nobilissimum conceptum: na-
sivitates optimum nascibile; ratio-
nalia singularissimum rationale:
spiritualia excellentissimum spiri-
tuale. Et breviter omnes creaturæ
appetebant unum quoddam opti-

Die V. Junii.
mum, purum creatum. Tu. 8.
LECTIO 5.

His sic existentibus imperfectis pro-
visum est mundo de unâ femina,
super omnibus beneficiâ, quæ uni-
co suo partu omnibus generibus
summam et ultimam perfectionem
adduxit. Adverte diligens anima,
quæ hæc benedicta Puella tantam
perfectionem attulit universo, quod
ulterioris perfectionis non est ca-
pax. Nec Deus potest ordinariâ
potestate ipsum perficere ulteriore
perfectione: immò si ipse Pater
vel Spiritus Sanctus de femina na-
scereretur, nihil accresceret orbi,
quâ quidquid nobilitatis, quidquid
dignitatis, et quidquid divinitatis
est, totum in orbe diffusum est et
productum per Virginem in illo
æterno supposito, quod generavit
beatissima Virgo. Tu. 8.

LECTIO 6.

Nec Virgini magnum est, quod per-
fectionibus orbis ultimam perfectio-
nem adduxit, cum et ipsi univer-
sitalis Auctori nonnullas perfectio-
nes adduxerit, puta æterno princi-
pio inceptionis exordium, æterni-
tati divina temporalium periodum,
infinitati immensæ quantitatem corpore-
m, speciei æternæ pulchritu-
dinem novam, pro quibus omnibus
scriptum est: omnis consummationis
vidi finem, qui scilicet est Beata
Virgo. Tu. 8.

Homilia de Comm. pro Duplie.

Bened. 8. Cujus Perfectionem.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Bruxellensis
de Victoriâ.

Baling. ex Molano die 5. Junii.

Bruxellæ Commemoratio Sanctæ
MARLE semper Virginis, instituta
ch gloriosam victoriam, quam ho-
diè apud Werongiam, in Archie-
piscopatu Coloniensi, obtinuit Joan-
nes primus, Lotharingæ, Bra-

Die VI. Junii.

747

bantia et Lemburgiæ Dux. Erat
Werongia prædonum nidus, et
negotiatoribus ac peregrinis plu-
rima inferebant damna. Quarè
eam Joannes obsedit, ac cepit, et
licet decuplo plures essent hostes,
obviam tamèn his processit, acer-
rimèque ipsemet pugnavit, ac post
diuturniorem conflictum viorevas-
sit, paucis è suis desideratis, mul-
tis verò è parte hostili peremptis.
Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex Sancto Hieronymo Presbytero.

*In Serm. B. V. Flores. Patr.
p. 438.*

313. Sicut in comparatione
Dei nemo bonus: ita etiàm in com-
paratione Matris Domini nulla
« creatura » invenitur perfecta,
quàmvis eximia virtutibus com-
probetur. Tu.

Vespera à Capitul. sequentis.

DIE VI. JUNI.

MANIFEST. S. M. IN COSMEDIN.

Duplex.

Oratio.

Bonorum omnium largitor Deus,
qui Genitricis dilecti tui specio-
sam imaginem mirâ apparitione
clarificare voluisti: concede, qua-
sumus, ut ejusdem Beatae MARLE
Virginis intercessionem ad caelestem
patriam feliciter perducamur. Per
eundem.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

De Epistola S. Ignatii Ep. et Mar-
tyris ad Trallianos.

LECTIO 4.

Obturate igitur aures vestras, cum
vobis quispiam loquitur excludens
JESUM—Christum Filium Dei, qui
natus est ex David, qui ex MARIA,
qui verè genitus est ex Deo, et ex
Virgine: verum non similis modo...

Verè genuit igitur MARIA corpus
habens in se Deum habitantem, et
reverè natus est Deus Verbum ex
Virgine, vestitus corpore obno-
xio iisdem passionibus nobiscum:
verè conceptus est in vulvâ, qui
omnes homines in vulvâ fingit, et
corpus sibi fecit ex sanguine Vir-
ginis, hoc solum excepto, quod
nulla viri consuetudo intercesserit.
Tu. 8.

LECTIO 3.

Sermo S. Procli Arch. Constantinop.

Orat. 6.

Hæc Virgo beata est quasi oliva
fructifera plantata in domo Domini,
ex quâ Spiritus Sanctus Domini cor-
poris ramum accipiens, tempeste
jactato humano generi delitit, faustè
de cælo annuntians pacem.
Ipsa floridus ac inaccessibilis hortus,
in quâ lignum vite plantatum
universis liberè fructus immortalita-
tis præbet. Ipsa novæ creaturæ
caelestis globus, in quâ Sol justiti-
æ nunquam occidens, omnem ab
animâ omni peccatorum mortem
fugavit. Ipsa virginum gloriofa,
malum exullatio, Ecclesie diade-
ma, rectæ fidei expressa forma,
pietatis signaculum, veritatis norma
indumentum temperantiæ, vesis
virtutis, justitiæ munio, sanctæ
Trinitatis domicilium. Tu. 8.

LECTIO 6.

Ex officio proprio.

Imago Beatae Virginis in Ecclesia
in Cosmedin collocata in arâ prin-
cipe, quæ Clemente Papâ decimo
sedente, uti constanti traditione ac-
cepimus, mirabiliter sacro Pente-
costes die publico cultui non rese-
rata, in Missarum solemnia sacros
inter hymnos angelici concentus,
seris fractis, ostiolisque magno stre-
pitu patefactis per se visendam ad-
stantibus præbuit. Quibus permo-
tus Clemens Papâ decimus tertius

hanc diem cum Officio et Missâ in honorem Beatae MARIE Virginis, ut in ejus festo ad Nives, nobis recolandam statuit: Pius verò Papa nonus cum Officio et Missâ propriâ, ut Deipare specialis cultus adaugeri valeat. Tu. ß.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Joannem.

LECTIO 7. c. 2. 1.

In illo tempore: Nuptiæ factæ sunt in Cana Galiliæ, et erat Mater JESU ibi. Et reliqua.

Homilia S. Gaudentii Ep. Brixienensis.

Tract. 1. de Lect. Evang.

Et erat Mater JESU ibi. Ubi? utique apud gentes, nam Beata MARIAM constat de gente Moabitaram ex Matre traxisse originem. Booz enim genuit Obed ex Ruth, utique illâ muliere Moabitide. Lect. 8. Obed autem genuit Jesse, Jesse genuit David Regem, de cujus semine nascitur JOSEPH, cui desponsa Virgo MARIA ejusdem quippè tribus, quia aliter non licebat, quæ genuit JESUM, qui dicitur Christus. Tu. ß.

LECTIO 8. Lect. 9.

Ibi ergò erat Mater JESU: vocatus est autem et JESUS et discipuli ejus ad nuptias. Magnum mysterium pietatis! Ipse qui Sponsus est, invitatur; invitatur autem vicius Prophetarum, ita præcantium: Domine, inclina celos tuos et descende. Et iterum: excita potentiam tuam, et veni, ut salvos facias nos. Tu. ß.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Parisiensis de Tolerantiâ.

Gumpenb. 706.

Statua Deiparæ Sanctissimæ in templo Sancti Gervasii Parisiis honorabatur. Quidam Calvinista eam ritu carnificum decapitavit. Sed Rex Franciscus indoluit cum ma-

lum factum intellexit, et per præconem mille aureos accepturum promisit, qui reum tanti facinoris detulisset. Interèa argenteam, sed inauratam Statuam è summo templo, summâ pompâ, quam ipse Rex secutus est, deportavit. Denum hanc decapitatam, aliâ adhuc splendidiore supplicatione in templum S. Gervasii ipse comitatus est. Hos honores Deipara non sine miraculosis beneficiis sibi fieri, nihil dubium, sustinuit. Tu.

Te Matrem.

Vespera à Capit. sequentis.

DIE VII. JUN.

PATIENTIÆ B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Presta, quasumus, Omnipotens Deus, ut qui virtutem Patientiæ in beatissimâ Virgine devotè recolimus, invicto animo adversa hujus mundi superantes, per patientiam ad propositum robis certamen curramus, et coronam consequamur æternam. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de feriâ.

IN II. NOCT.

Sermo Ven. Thomæ à Kempis. Serm. 24. ad Nov.

LECTIO 4.

Duo confert præcipua bona Sancta Conversatio MARIE, ad memoriam sæpè reducta. In bonis et prosperis docet te Deum ex intimo corde laudare, et in adversis patientem permancere. Ipsa sine intermissione Deum pro acceptis beneficiis altissimè laudavit, quæ ab ipso cæteris excellentius accepit. Ipsa in præsentis hujus sæculi militem se semper exhibuit, et contemptibilia magis quam prospera elegit. Nullam diem sine dolore transiit, nec tamen sine magnâ consolatione inter angustias

fuit. Omnis quippè tribulatio pro Christo suscepta dulcorat et lætificat, et quanto crebrius quis malorum ictibus feritur, tanto potioribus donis augeri meretur. Doluit namquè vehementer Virgo beata pro mundi erroribus, et pro multorum malitiis: compassa fuit verè penitentibus, et duritiè tentatis. Tu. ß.

LECTIO 5.

Doluit de perditione pravorum, qui contemnebant audire Verbum Dei: qui potius diligebant mundum, quam cælum: et divitias magis quærebant, quam virtutes veras. Doluit de innocentium oppressione, et violentiâ malignorum: de contemptu pauperum, de elatione superborum, de negligentia divini cultus, et de transgressione celestium mandatorum. Et quia mundus totus in maligno positus erat, et pauci ad videndum lumen æternum, quod mundo illuxerat, se disponebant, summæ pietatis Mater compassionum stimulis abundabat. In his patiens se habuit ducens vitam martyrio plenam, fundens lacrymas preces cum singulis pro salute animarum. Tu. ß.

LECTIO 6.

Quod si latius attendere velis, quæ et quanta in persecutione, atque in passione dilecti Filii sui sustinuit, invenies eam nimirum tot amaras potiones ebibisse in vitâ, quot JESUS habuit ætatum momenta. Quando enim passus est JESUS aliquem defectum et abjectionem hominum, et illa non defecit per compassionem? Si doluit, quando JESUS ad horam perdidit, quantum flevit, cum crucifigi et mori videret? Notum est amentibus JESUM, quia maternus affectus excessit in condolendo generalem devotorum modum. Ideo si experiri gestis vim

doloris in Matre, cogita vehementiam doloris in Virgine. Tu. ß. Homil. de Comm. pro Dupli. Bened. 8. Cujus Patientiam.

CANON.

Ex D. Bonaventurâ Episc. Spec. c. 6.

516. Donò Patientiæ et æquanimitalis tam impassibilissima fuit in mundo «Virgo MARIA», ut nec minimum impatientiæ vel odii vulnus sentiret... Immo etiâ signum vulneris, signum passionis impatientiæ nec legimus, nec credimus in MARIA quandoquæ apparuisse. Tu. Vesper. à capitul. seq.

DIE VII. JUN.

SAPIENTIÆ B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Presta, quasumus, Omnipotens Deus, ut qui devotis mentibus Sanctissimæ Virginis Sapientiam colimus, digna templa Spiritus Sancti effici mereamur. Per Dom. Lect. 1. Noct. Justi. p. 98.

IN II. NOCT.

Sermo S. Antonini Arch. Florentini. De B. Virgin. c. 18. §. 1.

LECTIO 4.

Beata MARIA Sapientiam habuit in summo gradu, nam ut dicit Salomon: ubi humilitas, ibi et sapientia. Et Ptolomæus ait: quod inter sapientes ille sapientior, qui et humilior. Sed beata MARIA humilima super omnes, et secundum regulam datam à Filio: Qui se humiliat, exaltabitur: et quanto magis se humiliat, tanto magis exaltatur. Sed beata MARIA exaltata fuit super choros Angelorum, ergo ipsa fuit humilissima, undè et sapientissima. Tu. ß.

LECTIO 5.

Est autem sapientia quidam gustus

spiritualis primæ veritatis per modum bonitatis. Sed quoad delectationem, quæ reperitur in gustu spirituali, Beata MARIA omnes antecellit. Nam dicit Beatus Gregorius in morali, quod sapientia est donum reficiens mentem spe et certitudine. Sed spes et certitudo, quæ reperitur in Beata MARIA et haberi potest in præsentem, maxima fuit super omnes viatores. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Unde sicut esurire iustitiam, quod est bonorum viatorum, et saturari eâ, quod est comprehensorum, quasi medium est comedere: ita delectatio gustus spiritualis in Beata MARIA fit per modum comestionis, ad quod facit, quod dicitur in ejus persona. Comedi favum cum melle meo, ut favus comestus sit delectatio ex contemplatione humanitatis Christi, mel ex cogitatione Deitatis. Plena igitur fuit sapientiæ gratiâ, ut dicere valeat illud: venit in me Spiritus Sapientiæ. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena, Dominus tecum. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Episc.

Specul. B. V. c. 6.

Spiritus Sanctus MARIAM per domum convenientissimè signavit; quàm sibi Sapientia increata cum septem columnis septem donorum Spiritus Sancti excellentissimè edificavit. Quoniam ergo columnas Spiritus Sancti coperit desiderare, ipse formam columnarum in istâ domo poterit invenire, quam pro columnis huiusmodi debet cum magnis desideris et precibus convenire. Tu. ꝯ.

Benedict. Cujus Sapientiam.

LECTIO 8.

Similiter quicumque septiformem Spiritus Sancti gratiam adipisci desiderat, ipse florem Spiritus Sancti in Virgine quærat. Per virginem enim ad florem, per florem ad Spiritum in ipso requiescentem pervenimus. (Lect. 9.) Per MARIAM ad Christum accedimus, et per Christum gratiam Spiritus Sancti invenimus. Propter quod bene MARIAM alloquens Beatus Bernardus ait: Per te accessum habeamus ad Filium, ô Benedicta. Inventrix gratiarum, Genitrix vite, Mater salutis, ut per te suscipiat nos, qui per te datus es nobis. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Viterbiensis ad Gradus.

Gumpenb. 591.

Templum Deiparæ in Urbe Viterbiensi magnificum erexit Cardinalis Capoccius circa annum millesimum ducentesimum vigesimum, quod ideò ad Gradus nominatur, quia per gradus plures ad id ascenditur. Origo autem huius templi fuit præceptum ipsius Deiparæ, quæ in somnis Cardinali se videntem præbuit, ut templum eo in loco ei strueret. Primum lapidem ipse posuit, ita et ursit opus, ut brevi stetit templum Virgini, toto populo sævatique Viterbiensi approbante, sacrum, quod Patribus Dominicæ amplissimâ donatione consignavit. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bonaventuræ Episcopo. Spec. B. V. Lect. 7.

317. Si MARIA plena fuit lumine Sapientiæ, quod à sole æterno recepit, priusquàm ipsum concepit, quantò plenior fuit, dum hunc solem tam mirabiliter concepit, et tam totaliter in se recepit? Tu. ꝯ.

Cum secund. Vesper.

DIE X. JUN.

D. V. PANORMIT. A CATENIS.

Simplex.

LECTIO 1.

Octav. Cajetan. de effigie. Siculis.

Cum Siciliæ regimen Marinus administraret, tres capitibus damnali fuerant, et cum ad furcas ducerentur, Virgo Deipara eorum innocentiam commota, suo potenti nutu imbriferis nubibus celum obdixit: quare ingens exoria pluvia, fulguribus, tonitruisque horribilibus, cum quisquis ex satellitibus perquireret, quò confugeret, impedimentum fuit, quò miris illi supplicio fuerint affecti, nam omnes propinquum Sacellum almæ Virginis, cui tunc nomen erat à Portu, quia ad dexteram portus partem situm erat, subeunt. Tu.

ꝯ. Cum malè tres fuerint Martini tempore regis perducti ad furcas, gradine et imbre pluit. Misit in hanc MARIE Portus tunc Virginis ædem damnatos vindex. ꝯ. Labitur iudè dies.—Misit.

LECTIO 2.

Eo noxii introducti ex ipsomet piissimæ Matris Sacello spem ceperunt mortis evitandæ: itaque dum ingruit quàm maximè pluvia, fundendis illi precibus operam tradunt. Necessè fuit ob nimiam procellæ vim, et quod reliquum dici fuerat, et sequentem noctem ibi manere; quare, multiplicatâ custodia, additæ sunt miseris catenæ. Sed adfuit magnæ Matris auxilium nocte, et dum custodes somnum capiunt, sine ullo strepitu spontè ipso temporis momento aperta janua Sacelli, et voces videbantur à sacrâ imagine emitti: abite jam liberi, nec postea timeatis; etenim

amuit meis precibus Filius, quem in ulnis gesto et vos è vinculis eximit. Tu.

ꝯ. Nocte rogant MARIE nomen: cecidere catenæ, et virgo soporatis omnibus, æde meant: Liberat hos veri Rex conscius. ꝯ. Undè Catenæ Virgini hoc templum non sive laudem notant.—Liberat.—Gloria.—Liberat.

LECTIO 3.

Liberi illi vadunt, non latebras aut latibula petentes, sed palam Virginis beneficium testari per urbem incedunt. Sed rursus capti, ad præsidem ducentur, qui ordine et ope Virginis liberati fuissent, introspici enarrant. Rei omnes admiratione commoti Martino Regi omnia deferunt. Interea vulgata per urbem miraculi famâ, novo erga Virginem ardore succensus populus Panormitanus, ad Deiparæ adieclam concurrit, nullique mortalius affecti morbis, sani ope Virginis domum rediere. Ipse Rex cum conjugè ad sacram Iconem pergunt, reosque omni supplicio absolunt. Commutatulum deinde nomen sacræ Imagini, et ab exemptis vinculis diva Virgo à Catenis nuncupata fuit. Tu.

Te Matrem.

CANON.

Ex Gregorio Papâ Decimoquinto. Const. Collapsæ regular. §. 2. ann. 1622. Tom. V. p. 4. p. 422.

518. Fratribus Eremitis Ordinis Beati Augustini Ecclesiam Sanctæ MARIE de Catenâ nuncupatam Panormi, quæ per Beneficentis regis consuevit, cum illius ædibus rectoralibus, ac iuribus, ac pertinentiis suis universis..... perpetuò concedimus. Tu.

Vesperæ de sequenti.

DUODEC. PRÆROGATIV. B. M. V.

Duplex.

Oratio.

Deus, qui Beatissimam Virginem MARIAM Unigeniti tui Matrem duodecim Prærogatarum diademate coronare dignatus es; concede propitius, ut ipsa intercedente, in regno gloria tuæ coronari mereamur. Per eundem Dominum.

Lect. 1. Noct. Signum magnum. p. 299.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
In Signum magnum.

LECTIO 4.

Quis stellas nominet quibus MARIE regium diadema compactum est? Supra hominem est coronæ hujus rationem exponere, indicare compositionem. Nos tamen pro modulo nostræ exiguïtatis abstinentes à periculoso scrutinio secretorum non incongruè forsitan duodecim stellas istas duodecim prærogativas gratiarum intelligere videamus, quibus MARIA singulariter adornatur. Tu. ꝯ.

LECTIO 5.

Siquidem venire in MARIA prærogativas cæli, prærogativas carnis, prærogativas cordis: et si fuerit ternarius iste per quaternarium multiplicatus, habebimus fortè stellas duodecim, quibus Regnæ nostræ diadema præfulget universis. Mihi sanè singularis rutilat fulgor, primò quidem in MARIE generatione; secundò in Angelicâ salutatione; tertio in Spiritus Sancti umbratione; quartò in Filii Dei inenarrabili conceptione. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Sic et in his quoquè sidereum planè irradiat decus, quod Virginitatis

primiciera, quod sine corruptione fecunda, quod sine gravamine grava, quod sine dolore puerpera. Nihilominus etiã speciali quodam splendore in MARIA coruscant mansuetudo pudoris, devotio humilitatis, magnanimitas credulitatis, Martyrium Cordis. Vestræ quidem sedulitatis erit, singula quæque diligentius inveni. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.
LECTIO 7. c. 11. 27.

In illo tempore: Loquente JESU ad turbas, extollens vocem quadam mulier de turbâ, dixit illi: Beatus venter qui te portavit. Et reliqua.

Homilia S. Bernardi Abbatis.

Super Signum mag.

Quid ergo sydereum micat in generatione MARIE? Planè quod ex Regibus orta, quod ex semine Abrahæ, quod generosa ex stirpe David. Et in eo quod tam reverentè, atque officiosissimè ab Archangelo salutata est, ut jam in regali solio supra omnes caelestium ordines regionum exaltatam cernere videretur, et paulè minùs adoraturus feminam, qui solchat ab hominibus hactenus æquanimiter adorari, excellentissimum nobis nostræ Virginis meritum, et singularis gratia commendatur. Nihilominus fulget etiã novus ille conceptionis modus, ut non in iniquitate, quemadmodum cæteræ omnes, sed superveniente Spiritu Sancto, solè et de solâ sanctificatione MARIA conciperet. Tu. ꝯ.

Bened. 8. Cujus Prærogativas.

LECTIO 8.

Meritò proinde illam meruit benedictionem, et hanc non amisit: ut longè gloriosior fiat et virginitas ex fecunditate, et ex virginitate fecunditas, ac multus sese radiis

illustrare hæc duo sidera videantur. Jure etiã illud molestissimum tactium, quo reliquæ omnes gravidæ mulieres laborare noscuntur, sola non sensit, qua sola sine libidinosâ voluptate concepit. Sic et in partu quàm lucidum est, quòd novâ exultatione novam edidit prolem sola inter mulieres à communi maledicto, et dolore parturientium aliena. Tu. ꝯ.

LECTIO 9.

Gratissima sanè gemma in diademate micans in capite stella, rubor in facie hominis verecundi. An verò quis putat, quòd hæc carruerit gratiâ quæ gratiâ plena fuit? Pudibunda fuit MARIA: ex Evangelio id probamus. Et manifestæ satis in Virgine ex hæc ipsâ mansuetudine virtus humilitatis illudscet. Nimirum collectaneæ sunt humilitas et mansuetudo, in eo confederatæ qui dicebat: Discite à me quia mitis sum et humilis corde. Martyrium demum Virginis (quam nimirum inter stellas diadematis ejus, si meministis, duodecimam nominamus) tam in Simeonis prophetiâ, quàm in ipsius Dominicæ Passionis Historia commendatur. Tu. Te Matrem.

Ad Benedict. ant. Corona stellarum duodecim erat in capite illius mulieris, quæ amicta sole, et cum lunâ in pedibus in cælo apparuit, alleluia, alleluia.

Cum secund. Vesper.

DIE XII. JUN.

D. V. COLLISPRATI DE QUERCU.

Simplex.

LECTIO 1.

Bolland. Act. Sanctor. T. IV.
Junii p. 846.

Pius quidam rusticus forte invenerat inter purgandum fanile Domini

sui Leonem Beatissimæ Virginis, efformatam veluti opere anaglypto in cocto lapide sesqui pedali: quam anno millesimo sexcentesimo nonagesimo die duodecimâ Junii repositus inter ramos annosæ Querus in prædio Collegii Societatis JESU Montis Pollitiani, quod vulgò appellatur Poggio Prado, distat quæ civitate bis mille passus. Aliquando post idem rusticus secum recogitans Leonem sicut deformatum esse, voluit ejus loco substituire aliam, sed prisitanam movere non potuit loco suo, etiã adhibita vi, cum tamèn nullo retinaculo alligata staret. Tu. ꝯ.

LECTIO 2.

Permotus autem Rector Collegii Puditibus prodigiis, quibus Beata Virgo per suam Imaginem fidei populo prodigabat, cepit anno millesimo sexcentesimo nonagesimo octavo, mense Junio fabricare Sacellum prope Quercum, ubi stabat Leon: quâ re magis excitata circumjecti populi religione, innumera-bilis eo convenit turba Augusto sequenti, festo Beate MARIE assumptæ, et magnam contulit elemosinarum vim. Interè autem dum edificabatur Sacellum, contingit duarum energuminarum liberatio, et senex quidam rusticus atroci herniâ, quæ probabant et pendebant intestina, omninò sanatus fuit. Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Propter hæc et alia innumera beneficia quæ testabantur quotidie afflicti homines se inde auferre, accelerata fuit fabricatio, ac novum Sacellum die vigesima primâ Novembris sequentis anni apertum est, cum frequentissimo populi concursu. Inde autem et sacra Leon ibidem perstat, et venerantium pietas crescit, et gratia curationum multiplicatur etiã in hominibus

dissitis: atque adeo Romæ et aliis ex locis magis adhuc remotis submissa fuerunt pulcherrima anathemata argentea, albaque dona magni pretii ad Sanctissimam Virginem MARIAM de Querqu, vocari solitam Collis-Prati. Tu. Te Matrem.

Vespera de sequenti.

DIE XIII. JUN.

B. M. V. DE DIVINO ADJUTORIO.

Duplex.

Lectio. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Sermo S. Bernardi Abbatis.
In Deprac. et laud. B. V. M.

LECTIO 4.

Sequitur te, ô Domina, ex totis precordiis vociferantes ad te: Adjuva imbecillitatem nostram, aufer opprobrium nostrum. Vides hanc tunicam pelliceam, quæ nos circumdedit? Tunica Evæ parentis nostræ est, quam ad nos olim misera illa transmisit, et supervesivit carnem filiorum suorum, sicut diploide confusione sua.... Et quis liberabit nos à corruptelâ hujus miserimæ pelliculæ. Gratia Salvatoris nostri Filii tui, Virgo MARIA, qui ut infirma nostra tolleret, sponte infirmatus est, et ut mors mortis nostræ fieret, innocens pro peccatoribus mortuus est. Tu.

¶ Ubique pia, ubique misericors, ubique adiutorium nostrum: MARIA ubique MARIA est. ¶ Adjuva nos Domina propter nomen sanctum tuum clamantes ad te jugiter. — MARIA.

LECTIO 5.

Et quis tam idoneus, ut loquatur ad cor Domini nostri IESU-Christi, ut tu felix MARIA, quæ in secretissimis amplexibus amantissimæ Filii tui recubas in meridie sempiterno, ejusque familiarissimo collo-

quio cum plenâ cordis lætitiâ perfrueris? Loquere, Domina, quia audit Filius tuus, et quæcumque petieris, impetrabis. Invoce nomen ejus bonum super nos, ut curemur vetustâ hæc leprâ carnis et spiritus. Exurge virus hoc mortiferum exanimalura, quod de pomi sui reliquiis Eva nobis propinavit, quando succi noxialis gustu ebriata est, et reliquias dimisit parvulus suis. Tu.

¶ Ut adjuvaret nos, omnibus omnia facta est MARIA, * In quâ se fecit hominem, qui fecit omnia. ¶ Data est illi omnis potestas in celo, et in terrâ ad salvandas gentes. — In quâ.

LECTIO 6.

Te, Domina, exorante, omne jugum nostrum computrescat à facie olei divinæ misericordie: renovetur, ut aquila juvenus nostra, ut novi novâ voce novum canticum nobis civibus aggregati illic, ubi nova sunt omnia, jubulum sempiternum celebrantes in cymbalis jubilationis concinamus. Tolletr hæc crassa nebula ab oculis, ut revelatâ facie gloriam Domini speculantes in immensum illud pelagus divini lumbis absorbeamur, et Domini Spiritu ac Deo nostro in vinculis charitatis astricti unum cum ipso efficiamur. Præstet hoc nobis tuo interventu, ô MARIA Filius tuus IESUS-Christus Deus, et Dominus noster, cui laus et gloria, et gratiarum actio in sempiterna sæcula. Amen. Tu.

¶ Humano generi genuit quos Eva dolores, * Curavit gentius, Virgo MARIA, tuus. ¶ Auxilium terræ, fulgor, honorque poli. — Curavit. — Gloria. — Curavit.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 1. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus

ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena Dominus tecum. Et reliqua. Homilia S. Thomæ Aquinatis.

Opusc. 8. in Salut. Angel.

Ave gratiâ plena: MARIA plena gratiâ extitit quoad refusionem in omnes homines. Magnum est enim in quolibet Sancto, quando habet tantum de gratiâ quod sufficit ad salutem multorum, sed quando habet tantum quod sufficeret ad salutem omnium hominum hujus mundi, hoc esset maximum, et hoc est in Christo et beatâ Virgine. Nam in omni periculo ab ipsâ gloriosâ Virgine potes salutem obtinere. Tu.

¶ Est tibi ventorum et undarum, Virgo, potestas: * Commune imperium cum Patre Mater habes. ¶ O tu nostra salus, Virgo, tu janua cæli. — Commune.

LECTIO 8.

In omni etiam opere virtutis potes eam habere in adiutorium, et ideo ipsa ait: In me omnis spes vitæ et virtutis. Sic ergo plena est gratiâ, et excedit angelos in plenitudine gratiæ, et ideo convenienter vocatur MARIA, quæ interpretatur illuminata in se. *Lect. 9. Unde Isaie illi dicitur: Implebit splendoribus animam tuam. Et illuminatio in alios, quoad totum mundum, et ideo assimilatur soli et lunæ. Tu.*

¶ Ante oculos ejus mæror, contagia labis, * Erumnae, clades, et dolor omnis abest. ¶ Sis clemens populo, sisque benigna tuo. — Erumnae. — Gloria. — Erumnae.

LECTIO 9.

Com. B. V. Salernitanæ de Sudore. *Ex Crisogon. discurs. 5. n. 65.* Imago Deiparæ rudo penicillo depicta in pariete ejusdam domuculæ, Salerni in Regno Neapolitano, anno millesimo sexcentesimo undecimo, horâ ante solis occasum pro-

digiosum caput sudorem emittere aqueo liquori persimilem. Hujus rei famâ ingens hominum concursus mox est factus, pecuniæque collectâ continuò adeo copiosâ, ut brevi novella templum exsurxerit. Et ne cupiam suspicio obiretur sudorem hunc vel casu, vel naturalitèr, aliâ de causâ profuxisse, ex eo primùm tempore cepit Imago illa Deiparæ miraculis illustrari. Tu. Te Matrem.

Vesp. à capit. de sequenti.

DIE XIV. JUN.

GLORIE B. MARIE V.

Duplex.

Lect. 1. Noct. fer. occur.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep. *De Laudib. B. V. lib. 4. c. 6.*

LECTIO 4.

Gloria MARIE in hoc nullum consistit, quod de ipsâ, ab initio sæculi multa non solum dicta sunt, sed etiam figurata sunt gloriosa. Ipsa enim illa civitas de quâ dicit Psalmus: gloriosa dicta sunt de te, civitas Dei. Nec solum dicta sunt, sed et dicuntur quotidie, et dicuntur usque in æternum. Sed quæ gloriosa? Quod beatam eam dicent omnes generationes: Christus enim MARIE filius ipse heri, ipse hodie, ipse et in sæcula. Et ipse qui antiquos inspiravit, ut de Matre suâ sub ænigmatibus gloriosa prædicarent. Ipse et quosdam modernos illustrat, ut de eâ gloriosa non lateant, et etiam usque ad finem mundi super aliquos illustrabit, ut Matris præconio nova semper aliqua superaddant. Tu. ¶

LECTIO 5.

Multiplex autem est MARIE gloria. Gloria MARIE Sacerdotalis, et regia generositas. Unde omnis gloria ejus filiæ regis, id est, suæ

filiae David, ab intus. In sanctificatione collata ei sanctitas: undè Benedicta gloria Domini, id est, MARIA de loco suo, id est, de matris utero. Omnimoda gratiositas. Undè Mulier gratiosa invenit gloriam omnimodè bonitatis, et virtuositatis. Conscientiæ plena tranquillitas, quam peccatum non remordebat. Undè gloria nostra hæc est testimonium conscientie nostræ. Singularis et vera paupertas. Singularissima humilitas, quam Deus respexit, et adamavit, et merito cuius ipsam omni virtute et gratiâ adimplevit. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Primitiva et fecunda virginitas, salvo flore. Singularis fecunditas. Excellentissima Maternitas. Per ipsam humani generis redempta captivitas, et reparata libertas. Summæ honorificentie singularis, cum in morte temporalis mortis nexibus non est depressa. Glorificati corporis cum suis dotibus ante diem iudicii ei collata felicitas. Supra naturam angelicam exaltata in eâ, sicut in Filio nostra humanitas. Supra tolam coelestem curiam collata ei plenaria potestas. Misericordie ejus indeficiens æternitas. Nunquam alieni quantumlibet peccatori denegata ejus benignitas. Quomodo misereatur ingratis, etiâ et indignis benigna studiositas. Ad aspectum ejus in personis innumeris æmulata virginitas. Memorie ejus apud christianos indeficiens æternitas. Undè non recedet memoria ejus, et nomen ejus requiretur à generatione in generationem. Tu. ꝑ.

Homil. de Conv. pro Dupl.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. Minoricensis in Monte Taaro.

Gumpen. 336.

Minor Insula Bælearis, Minorica

dicta, in Monte qui à Tauro nomen habet, Imaginem Deiparæ: colit valdè miraculosam, quæ in eo monte per laurum à Patribus de Mercede inventa fuit. Ea est lignea tres palmos alta, formâ quæ pietatem conciliat. In eâ specu, in quâ reperita est, templum erectum fuit, temploque adjectæ sunt cædes plures, tum custodibus loci, tum peregrinis. Nec desunt miracula, ita ut percelebris Taurensis Virgo evaserit etiâ in Sardiniam et Siciliam. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bonaveniræ Episcopo.

Spec. B. V. Lect. 6.

519. Gloriosum gloriæ MARLE privilegium est, quod quidquid post Deum preclarius, quidquid dulcius, quidquid jucundius in gloria est, hoc MARIA, hoc in MARIA, hoc per MARIAM est. Tu.

Vesperæ à capit. sequens.

DIE XV. JUN.

TEMPERANTIÆ B. H. V.

Duplex.

Oratio.

Deus qui Beatissimam Virginem MARIAM omnium virtutum exercitio sublimasti: concede propitius, ut ejus imitationi jugiter inhaerens, gloriam assequamur æternam. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de feriâ.

IN III. NOCT.

Sermo S. Ambrosii Episcopi.

De Virginitate, libr. 2.

LECTIO 4.

Sit igitur vobis tanquam in imagine descripta virginitas, vilique Beate MARLE, de quâ velut speculo refulget species castitatis et forma virtutis. Hinc sumatis licet exempla vivendi, ubi tanquam in exemplari magisteria expressa pro-

bitatis, quid corrigere, quid effugere, quid tenere debeatis, ostendunt. Tu. ꝑ.

LECTIO 5.

Quid ergo exequar ciborum parcimoniam, officiorum redundantiâ? Alterum supra naturam superfluisse, alterum penè ipsi naturæ defuisse. Illic nulla intermissa tempora, hic congestinos jejuniis dies. Et si quando reficiendi successisset voluntas; cibus plerumque obviis, qui mortem arceret, non delicias ministraret. Tu. ꝑ.

LECTIO 6.

Dormire non prius cupiditas, quam necessitas fuit. Et tamen cum quiesceret corpus, vigilaret animus: qui frequenter in somnis, aut lecta repetit, aut somno interrupta continuat, aut disposita gerit, aut agenda præannuntiat. Prodire domo nescia, nisi cum ad Ecclesiam conveniret, et hoc ipsum cum parentibus, aut propinquis. Tu. ꝑ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evang. secundum Lucam.

Lectio 7. c. 1. v. 28.

In illo tempore: Ingressus Angelus ad MARIAM, dixit: Ave gratiâ plena Dominus tecum: Benedicta tu in mulieribus. Et reliqua.

Homilia S. Bonaventuræ Ep.

In Spect. B. V. c. 4.

Vide carissime, quod MARIA temperatissima fuit per sobrietatem. Ipsa enim est MARIA, cui dicitur: ne timeas, MARIA, invenisti enim gratiam. Nota quod dicitur, invenisti gratiam. Nunquam MARIA tantam gratiam invenisset, nisi gratia MARIAM in cibo et in potu temperatissimam invenisset. Lect. 8. Non enim se compatiuntur gratia, et gula, quia impossibile est quod homo simul sit per gratiam Deo gratus, et per gulam ingratus. Bonum est ergo querere gratiam et

fugere gulam: dicit enim Paulus: bonum est gratiâ stabilire cor, non escis, quæ non profuerunt ambulanti-bus in eis. Tu. ꝑ.

Bened. 8. Cujus Temperantiam.

LECTIO 8.

Nota etiâ, quod dicitur: ecce concipies in utero. Nunquam MARIA Deum in utero concepisset, si idem uterus contra Deum crapulosus fuisset, et si uterus ille mero aestuasset, cum venter mero aestans citò despumat in libidinem. Uterus ergo ille, qui Deo incarnato gravidatus est, nunquam in cibo et potu temperato gravatus est. Undè Joannes Chrisostomus ait: Comesatrix aut violenta MARIA nunquam fuit. Tu. ꝑ.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Vila-bonâ.

Canon l. 7. c. 8.

Deipara Sanctissima sub titulo de Vila-bonâ impensè colitur prope Rivipullum in Cathalanniâ in Templo eidem erecto eo in loco, ubi ipsius Imago unâ cum duabus campanis inventa pluribus ab hinc sæculis fertur. Nec una est Divæ Virginis Effigies in hoc templo; nam aliam habet allare princeps, et aliam, scilicet, quæ reperita fuit, allud in cornu Evangelii. Hæc semper miraculosam se ostendit tam in pestiferis cladibus, quam in aeris tempestatibus. Per attackum quoque ejus Rosarii, quod appensum è collo gerebat, pluribus infirmis optulata est. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Bernardo Abbate.

Serm. 9. ex parvis.

320. Salutata MARIA tam venerabiliter ab Angelo, non se extulit, quasi quæ ex singulari privilegio benediceretur, sed sicut; et qualis esset insolita hæc salutatio,

secum cogitavit. Quā in re quid nisi temperans fuit. Tu.

Cum 21. Vesper.

DIE XVII. JUN.

SIMPLICITATIS B. M. V.

*Duplex.
Oratio.*

Omnipotens sempiternus Deus, fac nos per tuam pietatem in simplicitate cordis ambulare, ut qui hanc virgulam in Beatissimā Virgine celebramus ad aeternam requiem pervenire possimus. Per Dominum.

Lect. 1. Noct. de ferid.

IN II. NOCT.

Ex verbis B. Alberti Magni Ep.
De laudib. B. V. libr. 4. c. 2.

LECTIO 4.

Ratione simplicitatis comparatur MARIA columbae, quae est avis simplicissima. Unde dicit ei Filius: veni, columba mea, in foraminibus petrae. Est autem simplicitas quasi collactanea humilitatis. Simplex est, qui uni rei soli intendit: Unde Psalmus: unam petiā à Domino, hanc requiram. Item Lucas: unum est necessarium. Et dicitur simplex, quasi sine plicā, sine duplicitate. Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Est autem triplex simplicitas. Vera, fida, indiscreta. Vera iustorum, quae comitem habet discretionem. Talem habuit Beata Virgo super omnes creaturas. Fida hypoeriarum, qui componuntur secundum interiorem hominem in vultu, gestu, habitu, et huiusmodi, ut credantur religiosi. Indiscreta stultorum, qui sunt, ut columba seducta non habens cor. Solent autem tria incommoda sequi simplicitatem, à quibus per optimē sibi cavet MARIA. Primum est temeritas; quia de facili virgines decipiuntur: unde comparantur columbae seductae, ut dic-

DIE XVII. Junii.

tum est. Sed MARIA loco temeritatis habuit prudentiam Spiritus, quā bene discernerebat esse angelum Dei, cui consentire debet. Tu. ꝯ.

LECTIO 6.

Secundum est debilitas: simplices enim de facili cadunt, quia resistere nesciunt. Sed ipsa fuit prudens mulier et fortis, quae contrivit caput serpentis antiqui. Tertium est timiditas, quā non audent ardua aggredi. Sed ipsa habuit confidentiam, fidem, et spem certam, quā Deum credidit de se incarnari, et respondit audacter et devotē: Ecce ancilla Domini: fiat mihi secundum verbum tuum. Fortitudo autem ejus in hoc apparuit, quod Ezechiel et Daniel, et beatus etiā Joannes videntes angelos leguntur corruisse. Sed ipsa videns Angelum turbata est, sed non perturbata, et aspectum angelicum sine casu potuit sustinere. Tu. ꝯ.

IN III. NOCT.

Lectio S. Evangelii secundum Lucam.

LECTIO 7. c. 2. 28.

In illo tempore: Ingressus angelus ad MARIAM dixit: Ave gratiā plena, Dominus tecum. Et reliqua. Hom. S. Antipatri Bostrorum Ep. *Orat. de S. J. Bapt. et Salutation. SS. Deip.*

Ave, quae prima et sola parisi infanitem liberum ab execratione. Ave, quae in mundo parisi vltā occasionem. Ave, quae es incorrupta, sed non expers prolis. Ave, quae satu parisi, sed non fructu. Ave, quae partu dolores expectas, qui te minimē invadent. Ave, quae tuo primo parenti Adamo exhibes defensionem. Ave, quae fers sine dolore naturae creatae fundamentum. Tu. ꝯ.

Benedict. Cujus Simplicitatem.

LECTIO 8.

Ave, quae parisi Deum nudum, et

DIE XVIII. Junii.

LECTIO 1.

Gumpenb. Imag. 172

hominem non solum hominem. Ave gratiā plena, Dominus tecum. Tu es benedicta, quae execrationis portas solutionem. Tu es benedicta, quae portas donum sapientiae (Lect. 9.). Tu es benedicta, quae eum gestas in utero, qui ambulavit in paradiso. Tu es benedicta, cujus sanctam templum fuit venter. Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui, ex quo cum comederit Adam, vincet mandum. Tu.

LECTIO 9.

Commemoratio B. V. de Horto.

Canon l. 9. c. 17.

Sub titulo de Horto, quae hortus fuit et paradisi Spiritus Sancti hortus conclusus et fons signatus, Deipara Sanctissima, Sacellum habet in Diocesi Caesariensi in aspero monte, ubi ejus quaedam Effigies, bove mugilibus suis indice, in horto prope fontem inventa jam à decimo saeculo traditur. Haec Imago, quae lignea est, et filium, cujus oscula suscipere videtur, brachio gestat, semper ex tunc et miraculis et fidelium visionibus celebris fuit. Domum habet hoc Sacellum adjunctam, quae duobus saeculis aenobium Ordinis Praedicatorum fuit: nunc verò à Presbyteris sacrae Iconis custodibus inhabitatur. Tu. Te Matrem.

CANON.

Ex D. Hieronymo Presbytero.

De Assumpt. c. 10.

321. Quidquid in MARIA gestum est, totum puritas et Simplicitas, totum gratia et veritas fuit, totum misericordia et justitia, quae de caelo prospexit. Tu.

Cum 2. Vesperis.

DIE XVIII. JUN.

D. V. RAVETENSIS DE PLANCTU.

Simplex.

LECTIO 1.

Gumpenb. Imag. 172

Valete in Sabaudia colitur Beata Virgo de planctu. Imaginem suam unam passa est Deipara objici in spinas. Pastorum quidam audivit caelestes planctus, sed sive latronum veritus insidias, sive naturae insolitis non assueti, portentum contempsit, et spineti vicinitatem vivavit: sed vis caelestis hominem ad eum locum adduxit, in quo, ubi plangentem Deiparae imaginem conspexit, non ausus prodigium tangere, precibus tamen honorare cepit Virginem in tabula. Re autem Patribus Carmelitae relata, et sine fide prius accepta, fuere tamen Pastorem secuti ad spinetum, audiverunt planctum, et imaginem inter veprea abjectam etiā viderunt. Sublatam inde illi templo suo inferre frustra conati sunt, unde factum ibidem è trabibus sacellum fuit. Tu. ꝯ.

LECTIO 2.

Fuit, qui ex Delphinatu adveniens, audivit Sanctam Iconem auferre, et suo templo, quod in Delphinatu erat, inferre, metu Genevensium haereticorum. Tollit hoc Virgo, et auferre se sustinuit, neque ut cum majori portento rediret: nam iterum in templo suo reperita est. Crevit interea vicinia totius de laumargā Icone assimilatione, quam Marchio Ciambrensis Sabaudus auxit, quando paucis post annis templum extruxit, quod à Patribus Carmelitae curatur, et à vicinis catholicis inter thesauros Patriae numeratur. Tu. ꝯ.

LECTIO 3.

Comm. B. M. de Monte Filermo.

Gumpenb. 113.

Valete in Insula Melitā Sanctissimae Deiparae Statua colitur, quae prius in Filermo Monte, unde no-

